

DE ELECTIONIBVS.



Olores uestium, & equorum, lapides preciosi, metalla, dies & noctes alicuius planetæ, qui in aliquo angulorum figuræ coeli repertus fuerit (septima excepta) cum dignitate, uel absq; dignitate, à radijs malorum saluus, uel si quis in succedente fuerit in aliqua suarum dignitatim à radijs malorum liber, erunt nato conuenientes & boni. Si in succedente absq; dignitate, uel in cadente cum dignitate à radijs malorum liber, erunt nato indifferentes uel mediocres. Si in septima uel in cadente absq; dignitate fuerit planeta, Item etiam planetarum retrogradorum, & combustorum colores, erunt nato infausti.

Tabula complectens colores, lapides preciosos, Metalla, dies noctesq; planetarum.

	Colores uestiu& eqv;	Lapides preciosi	Metalla	Dies	Noctes
☿	Niger, schwarz Cinereus aschefarb Pullus, Erdtfarb	Bruces Nigri & Turbidi	Plumbum	Saturni Samstag	Martis
♃	Ceruleus, Blau Flauus, Honigfarb Purpureus, rotpraun	Smaragdus Saphyrus Ametistus	Stannum	Iouis Döderstag	Solis
♂	Rubeus, Rot	Iaspis Hemanites	Ferrum	Martis Venerdìstag	Veneris
○	Aureus uel Fuluus, Goldtfarb	Hyacinthus	Aurum	Solis Sontag	Mercurij
♀	Viridis, Grün Fuscus, Braun Fuluus, Leberfarb	Margaritæ, Carbunculus, lapides pro ornamentis	Cuprum Auricalcum Specula	Veneris Freitag	Lunatag
♄	Exoticus, gemengt völferbig / frembd Cæsius, Grav	Allectorius, lapides sculpti imaginibus magicis	Mercurium	Mercurij Mittwoch	Saturni
☽	Pallidus, Bleich Croceus, Gelb Albus, Weiß Griseus ad albedinem tendens, Weißgrav	Cristallus	Argentum Vitra	Lunæ Montag	Iouis

CAPUT DECIMVM OCTAVVM.

Quæ regiones, siue loca magis conuenientia, quæ ue fugienda sint natis.



EGIONES, Ciuitates, siue loca, quæ subsunt signis, primæ, secundæ, decimæ, uel undecimæ domorum. Item quæ sunt sub signo Partis fortunæ, Veneris uel Iouis radicis, si non fuerint impedita à malis, uel eorum ma-